

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3054

**Auteur(s) :** Nicolas, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Hugues de Turberville, chevalier, Îles Anglo-Normandes (bailli)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1270, 20 septembre

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Accord entre l'abbé du Mont St Michel et Hugues de Turberville, Bailli des Iles, au sujet d'un marché à Guernesey, acheté de feu Guillaume de Cheney et que l'abbé réclamait à l'exclusion des Seigneurs. Par l'accord le Bailli et ses hoirs auront la moitié du marché et la tiendront par hommage dudit abbé.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 134, p. 206-207.

Texte établi d'après a

Universis presens scriptum inspecturis N. divina permissione humilis abbas Montis Sancti Michaelis in periculo maris et Hugo de Turbevilla miles ballivus insularum salutem in Domino. Sciant omnes Christi fideles tam presentes quam futuri quod cum causa seu contentio verteretur seu mota fuisset non solum a nobis predicto abbate immo a duobus predecessoribus nostris immediate et successive ante nos in foro seculari inter viros religiosos abbates tunc temporis et conventum dicti loci ex una parte et Feliciam dominam de Chaaneyo ex altera ratione quorumdam reddituum seu mercati cuiusdam emptorum a domino Guillelmo de Chaaneyo milite tempore quo vivebat in insul. Guenerreij ad quos redditus et mercatum retrahend. et habend. dicti religiosi dicebant et adhuc dicunt se esse propinquiores tanquam domini capitales juxta patrie consuetudinem diuiciis approbatam. Nos dictus abbas cum dicto Hugone amico et fideli nostro tam pro ejus consilio auxilio et servicio quam ex gracia speciali pactum fecimus in hunc modum, ita videlicet quod idem Hugo et ejus heredes medietatem dicti mercati percipient et habebunt absque contradictione nostra si forte contingat et non alias quod dicti religiosi obtineant contra dictam dominam in premissis : satisfacto primitus ab ipso Hugone vel ejus heredibus competenter super medietate pretii quod dictus contractus constitit vel quod pro eodem mercato retrahendo et habendo solvere oportebit levationibus dicti mercati a tempore facti contractus seu clamationis dicte retractionis perceptis et habitis unicuique parti pro equali portione in medietate precii quod debebit solvere computatis ac etiam allocatis. Et tenebit idem Hugo et ejus heredes medietatem suam predictorum per homagium ab abbatte Sancti Michaelis qui pro tempore fuerit. Et hec omnia et singula juravimus ad invicem bona fide servatueros, et nos dictus Hugo juvaturum dictos religiosos juxta posse ad dictam causam ulterius prosequendam. Quod universis et singulis quorum interest tenore presencium sub sigillis nostris significamus. Valete. Datum anno Domini m° cc° septuagesimo die Sabbati post exaltationem Sante Crucis.